UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorvm Qvoqve Sacerdotvm infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1681

§. 1. De Exemplis Caritatis erga Infideles.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48600

Visual Library

is coërceatur ; citò lutum colligit amnis & undas. In-gum ſit verbis ſuis & ſtatera, atque menſura, ut ſit gra-tas in ſenſu, in ſermone pondus, atque in verbis modus.

CAPUT II.

DE EXEMPLIS SACERDOTUM AD PROXIMI SALUTEM PERTINENTIBUS.

UT & in his Exemplis referendis ordinatè procedam, in duos Titulos totum hoc caput dividam, in quorum primo Exempla in agendo cum varijs Perſonis, puta Infidelibus, Hæreticis, Peccatoribus, Chriſtianis bonis, Infirmis, Captivis, Peſtiferis, Pauperibus, Conſanguineis, Benefactoribus, Domeſticis, Adoleſcentibus, & Defunctis, relicta; in ſecundo verò Exempla in functionibus Sacerdotalibus, nempe Concionibus, Confeſſionibus, Catechizationibus, & privatis converſationibus exhibita referentur.

TITULUS I.

DE EXEMPLIS IN AGENDO CUM VARIIS PERSONIS.

§. I.

De Exemplis Caritatis erga Infideles.

I. Per Infideles hoc loco intelliguntur omnes extra Eccleſiam conſtituti, nimirum Ethnici, Turcæ, Judæi & ſimiles; ad quorum converſionem meritò Sacerdos quivis, qui DEUM ſe diligere profitetur, ſedulò cooperari debet; *quomodo enim*, ait S. Bonaventura p. 2. Pharetr. diu. amor. c. I. *quis poteſt dicere; ſe diligere DEUM, & ejus amorem appetere, qui ejus imaginem videt in ſterquilinio jacentem, & non curat? aut ſi cogitat, quòd Filius DEI pro animabus redimendis mortuus eſt, & ipſe pro animabus mori non*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cupit? Quomodo credis, te amicitiam Sponſi habere, ejus Sponſam ab adulterio non cuſtodis? aut eam nanter ad Sponſum non reducis? Hinc meritò zelo cerdotes omnem operam ac conatum adhibuerunt in libus ad ovile Eccleſiæ Catholicæ reducendis.

S. Paulus de ſeipſo ad Philipenſes c. 1. ſcribit: *Teſtis mihi DEUS, quomodo vos omnes cupiant in viſceribus Jeſu Chriſti.* & ad Rom. 9. *Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo; optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro Fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem.*

S. Baſilius jam in agone conſtitutus petijt vitam prorogari uno die, ut Judæum, qui promiſerat, ſe fidem Catholicam ſuſcepturum, ſi Epiſcopus in ſequentem diem viveret, ovili Chriſti aggregaret, quem proin ipſe cum tota domo in Eccleſiam deſcendens baptizavit, & pro rediens in lectum mortuus eſt. Spec. Ex. diſt. 8. ex. 1.

S. Franciſcus Xaverius adeò ferventem habebat zelum alienæ ſalutis promovendæ, ut ei innatus videretur, ille toto impetu ferri, in hoc totus eſſe, hoc omnibus tere votis, in hoc maximè acquieſcere, ut Chriſto aggregaret quàm plurimos. Hinc non contentus ad Indos & nes ſuam caritatem extendiſſe, ipſa etiam Sinarum ſeveriſſimis licet legibus & cuſtodijs firmata penetrare aperto capitis periculo tentabat. Miſſiones ſuas ſemper dibus, quoad licuit, & ſæpe nudis, per calentes arenas ca ſpinoſa inſtituit. Multos Reges Idololatras Chriſto junxit, & multa centena hominum millia ſuâ manu baptizavit. Vita l. 6. c. 10.

S. Franciſcus Borgia, cùm Jacobus Laynes Generalis mina eorum, qui ad Indos mitti cuperent, ad ſe perſcribi ſiſſet, etſi legibus iſtis ipſe ſolutus tunc eſſet, ſuâ tamen nu ſcripſit, optare ſe pro Chriſti nomine apud Indos guinem fundere, capútque periculis amore Proximi re. Orare itaque, bonâ illius veniâ liceret in eam tionem proficiſci, precibúſque ad DEUM fuſis hanc lluntatem promoveret. Vita l. 4. c. 7.

S. Vincentius Ferrerius ex Judæis ſupra viginti millia, ex Saracenis octo millia convertit, per ſingu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum regiones ſuâ valentina ac maternâ linguâ loquens, quam tamen omnes perinde percipiebant, ac ſi propriâ fuiſſet locutus. Vita 5. April.

Vincentius Rodericius è Societate JESU cùm in Braſilia Catechumenum brevi à Barbaris devorandum baptizare non poſſet, eíque aqua negaretur, à femina caſu tranſeunte, & in cucurbita aquam ferente hauſtum aquæ petijt, & interea ſtrophiolum aquâ intinxit, eóque ſuper mactandum expreſſo, prolatáque formâ hominem baptizavit. Hiſt. Soc. p. 5. l. 13. n. 20.

Joannes de Montoia ex eâdem Societate Septuaginta annorum Senex tam indefeſſi erat zeli, ut duo indica idiomata addiſceret, & longiſſima itinera ærumnis pleniſſima ſuſciperet, quo factum eſt, ut plantæ ei putrefierent, & crura fœdè fauciarentur; per rupes enim & montes nunquam antea viſas, nec humano pede calcatas peregrinabatur, & flumina trajciebat rapaciſſima, magnâ cibi & potus inopiâ vexatus, & ob itinerum aſperitatem vehementer afflictus. Omnis ejus conſuetudo cum plebeis hominibus fuit, & tales Proceres ſuos, Comites ac Marchiones appellabat Syllab. Prov. Peruanæ 30. Nov. 1590.

Alphonſus Barzena Societatis JESU Sacerdos miſſus in Peruanam, inde in Tucumaniam, & Paraquariam undecim illarum Gentium linguas perdidicit, & per ſumma corporis incommoda annis triginta duobus Evangelium illis prædicavit, crebrò quinos, ſenóſve dies ſine cibo extraxit, ſolâ paſtus Euchariſtiâ, unde vulgò Peruvij Apoſtolus eſt appellatus. Bibl. ſcript. Soc. fol. 951.

Joſephus Anchieta ex eadem Societate in Braſilia per quadraginta annos aſſiduè Chriſtum prædicavit, longa itinera conficiendo, ſæpè nudis pedibus per ſaxa, per cœnum, cum fame & ſiti, & multis incommodis, ſed fructu maximo, ita ut vulgò Apoſtolus & Thaumaturgus Braſiliæ ſit appellatus. Bibl. Script. Soc. f. 955.

Antonius Criminalis Soc. JESU totam Comorinenſium oram, ducenta ampliùs paſſuum millia, pede nudo, ſingulis menſibus viſitabat, omnibus omnia factus. Hiſt. Soc. p. 1. l. 9. n. 123.

II. Audiant ergo Sacerdotes & illa ſibi S. Gregorij
in Matth. verba approprient : *In quantùm vos prof
penſatis, etiam vobiſcum alios trahite : in via Domi
eios habere deſiderate : ſi ad DEVM tenditis, curate,
eum ſoli veniatis.* *Conſiderent præterea*, ut S. Carolus
rom. in act Mediol. l. 3. c. 2. f. 838. loquitur, *terribilem
maram ſtragem, quam generis humani ſempiternu
Sathanas facit, quantam in illis perdendis ſollicitud
adhibeat, quibus utatur Miniſtris, quâ alacritate,
laboribus ac vigiliis ſcelesti Miniſtri opus urgeant
& aſſidui, iidémque perpetui & obfirmati. Quare
mam rem facturos ſe exiſtimare debent IESV Chriſ
niſtri, ſi ita Magiſtri ſui voluntatem, dignitatémq;
atque ſempiterna præmia perdant, ut à Sathanæ Mi
ſuperari ſe ſinant, patiantúrque, ut illi majori ſtudio
aliósque perdendos, quàm ipſi ad ſuam, & aliorum ſal
tuendam incumbant.*

§. II.
De Exemplis Caritatis erga Hæreticos.

I. Etiam hæc Caritas non negligenda eſt Paſtoribus
marum, cùm enim Paſtoris boni præcipuum officium
oves errantes quærere, & ad ovile reducere, inter ejuſ
oviculas autem vel maximè Hæretici numerari poſſi
qui per baptiſmum quidem in Eccleſiæ ovile ſunt rece
per varios autem Hæreſium ſuarum errores ſeducti ab eo
receſſerunt, meritò Sacerdotes velut Paſtores à Chriſto c
ſtituti, omnem conatum & induſtriam adhibere debe
eoſdem ad dictum ovile per errorum ſuorum abjuratio
reducant, id quod multi zeloſi Sacerdotes egregiè pr
terunt.

S. Auguſtinus non ſolùm ſcriptis quàmplurimis adve
Pelagianos, Donatiſtas, & alios libris eoſdem reducere
natus eſt, ita ut perpetuus Hæreticorum malleus appell
ſit, ſed etiam cominùs, & in publicis congreſſibus, Orth
doxâ Eccleſiâ ſpectante, veritatis deſertores impugna